


Johann Friedrich Heine Johann Friedrich Evers


Dissertatio Moralis De Misericordia Ervditorvm Vulgo Der Gelehrten Guthertzigkeit

Helmstadii: Ex Typographeo Hammiano, [1713]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn830094598>

Druck Freier  Zugang





B6-1053¹⁻³¹

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

2.

3.

4.

7.



23.

DISSERTATIO MORALIS—
DE
MISERICORDIA
ERVDITORVM

VULGO
Der Gelehrten Gutherzigkeit.

QVAM

D. O. M. A.

BENIGNO ORDINIS PHILOSOPHICI CONSENSV
PRÆSIDE

M. IO. FRIDER. HEINE

HANNOVERANO

D. XXVII MAII MDCCXIII.

IN AUDITORIO PHILOSOPHICO
PVBLICÆ DISQVISITIONI SVBIICIET

IOANNES FRIDERICVS EVERS

HALBERSTADIENSIS.



HELMSTADII,

EX TYPOGRAPHEO HAMMIANO.

M DCC XXVI.

REC 5

1710

25.

29

28

24. 26

25.

DISSERTATION MORALIS

MISERIA GORDIA

LEVIORVM

VILEO

DE GORDIA LEVIORVM

DE

BENIGNO ORDINE THEOLOGICI CONSENSU

PRÆSENTAT

M. IO. FEIDER. HEINE

IN

THEOLOGICO

IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS

THEOLOGICO PRAESENTAT

IOHANNES FEIDER. HEINE

IN ROSTOCKO

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII

MDCCCLXXXIII



§. I.

QUod virtutibus singulis sit studendum, non solum sana, quæ omnibus in universum hominibus inest, dicitur ratio, verum etiam gentiles, qui hac sola nitebantur, verbumque ignorabant revelatum, nobis exemplis præverunt. ARISTOTELES philosophorum quidem princeps, lumine tamen gratiæ privatus, inter alios præclaris excelluit virtutibus, ac auditoribus suis, quorum magnus erat numerus, non doctrina solum, sed etiam bono præluxit exemplo. Hinc etiam eruditos atque doctos tantum dixit vere virtuosos, id quod inter alia inde colligimus, quando præcipue eruditæ misericordiam his emphaticis attribuit verbis: (a) *Οι πεπαιδευμενοι εστιν ελεος*; *Eruditi sunt misericordes*. Hoc argumentum peculiari atque brevi pertractare dissertatiuncula nobis proposuimus. Quod, ut fiat curatius, de misericordia in genere, eiusque definitione atque circumstantiis erit dicendum; dein, si quid per eruditos intelligamus, fuerit explicitum, nonnulla

A 2

(a) Lib. II, rhetor. Cap. VIII, §. VII.

M DCC XXVI.

225

1717/17

23.

29

28

24. 26

25

la adducemus argumenta, & quid circa illa nobis possit obijci, breviter quidem, at sufficienter tamen resolvemus.

§. II.

Misericordia ab ARISTOTELE (a) ita definitur: *Εστὶ δὲ ἐλεῶσις λυπητὴ τις ἐπὶ φαινόμενῳ κακῷ, ὀδυρτικῷ καὶ λυπηρῷ τῷ ἀναξίῳ τυγχάνειν, ὃ καὶ αὐτῷ προσδοκῆσθαι ἀντιπαθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα, καὶ τούτο, ὅταν πλησθῶσι φωνῆαι: Sit igitur misericordia ægritudo quadam exorta ex eo, quod malum esse videatur, aut interitus, aut molestia adferenda vim habens, ei qui tali sorte indignus sit: Quodque tale est, ut id nobis quoque, aut alicui nostrorum evenire posse arbitremur: Idque si eius modi malum propinquum esse videatur.* CICERO misericordiam describit, quod sit ægritudo ex tristitia alterius, qui iam in miserrimo statu laborat. Hæc sunt illius verba: (b) *Misericordia est ægritudo ex tristitia alterius, iniuria laborantis.* IOANNES DAMASCENVS (c) in genere misericordiam appellat *tristitiam in alienis malis.* Egregiæ quoque sunt definitiones B. AVGVSTINI, definientis misericordiam non solum, (d) quod sit *aliena miseria in nostro corde compassio, qua utique, si possumus, subvenire compellimur; sed etiam (e) quod sit animi dolentis affectus cum additamento beneficii, ut compatiatur proximo & largiamur de proprio.* Bene cum Augustino facit AMBROSIVS (f) qui misericordiam affectionem dicit, quæ nec voluntate coercetur, nec rationi subiicitur, sed ipsas pias mentes ad compassionem dolentium necessario cogit affectu, ita etiam,

(a) ibidem §. II.

(c) Lib. II. Cap. XXIV.

(e) de definit.

(b) Lib. IV. Tuscul. Quæst.

(d) de Civ. Dei, Part. I. Quæst. XXI. Artic. III.

(f) Adv. Pel. Lib. II.

etiam, ut si peccatum esset misereri, & si multum vellem, non possem non misereri. Est timor plus humilis, fructuosus, qui cuilibet, quantumlibet peccatori, facile misericordiam promeretur. Talis timor generat, nutrit, & servat humilitatem, mansuetudinem, patientiam, & longanimitatem. Misericordia a misero corde vocata est, sunt verba GREGORII, (a) eo quod unusquisque intueatur quempiam miserum, & ei compatiens de dolore animus tangitur: Ipse cor miserum facit, ut eum a miseria liberet, cui intendit. Sed non negligenda est definitio SENECAE, (b) qui illam nuncupat *ægritudinem animi ob alienarum miseriarum speciem*. Communiter misericordia definitur, quod sit condolentia quædam ob adversa, quæ alteri accidunt, quem vel amamus, vel saltem non odimus, vel ut maxime oderimus, tamen, magnitudine malorum commoti, ut hominis miseremur.

§. III.

Verum has aliorumque definitiones mittamus, & accuratam magis Aristotelis exponamus definitionem, cuius genus & differentiam specificam primo evolvam. Genus misericordiæ consistit in eo, quod sit ægritudo vel dolor animi, vel iuxta versionem ISAACI CASAVBONI (c) molestia, quam communem habet cum ira, quæ est appetitio cum *ægritudine* coniuncta ulciscendi; (d) cum invidia, quæ est *molestia* quædam ex eo, quod in eo, de quo diximus, bonorum genere alii similes bene ac feliciter rem gerere videantur, idque, non ut ne quid eveniat ei, qui invidet, sed eorum ipsorum causa,

(a) in moralibus.

(c) Tomo II. p. m. 432.

A 3

(b) Lib. de Clementia.

(d) Lib. II. Cap. II. Rhetor. §. I.

quibus

29

28

24. 26

25

quibus invidetur; (a) cum æmulatione, quæ *dolor* quidam est, cum iis, qui nobis natura similes sunt, bona quædam honorifica suppetant, quorum ipsi quoque capaces sumus, non quod ea illis insint, sed quod nobis quoque non insint, (b) & aliis affectibus. Hinc patet, in quo consistat differentia specifica. Quamvis enim ira, invidia, & æmulatio sint dolores vel ægri tudines animi, ratione vero specierum toto differunt cœlo. Dolor vel ægri tudo animi in ira atque invidia malus & illicitus, in misericordia vere licitus & bonus est affectus: & posito, quod dolor sit in æmulatione bonus, non tamen cum misericordia eandem habet naturam. Æmulatio enim est dolor, qui respicit similes, & in bonis animi vel corporis positos: misericordia autem miserabiles & omni fortuna privatos. Sunt quidam, qui clementiam & mansuetudinem cognata misericordiæ æstumant; verum enim vero differt hæc ab illis, non tantum, quia misericordia affectus est, non virtus, sed etiam, quia ab ira separata est per se, quamvis interdum per accidens iram sequatur; clementia autem erga eos est, quibus merito irasci, & quos iure ulcisci poteramus, ut ita mansuetudini misericordia famuletur.

§. IV.

Propius ad definitionem accedemus, si personas atque res, & circa personas subiectum, quod miseretur, & obiectum, cuius miseretur, expendemus. In subiecto duo notamus, alterum est, ut sciamus, qui non miseretur, alterum, ut

(a) Lib. cit. Cap. X. §. I.

(b) Cap. XI. §. II.

ut noscamus, qui miseretur. Non miserentur omnino per-
diti, hoc enim repugnat definitioni Aristotelicæ. Misericor-
dia enim oritur ex illa ægritudine, quando arbitramur, ma-
lum nobis aut alicui nostrorum evenire posse. Qui itaque
omnino iam sunt perditæ, ac extreme miseri, misericordia
non moventur, cum nihil habeant amplius, quod vereantur,
quia extrema sunt passi. Quod exemplis illustrari posset, si
prolixitas placeret. Sunt enim illi, quorum res deploratæ
sunt, & redactæ ad incitas, securi, neque secundarum re-
rum spe tenentur, neque calamitates alias maiores, in quas
incidant, verentur, nec ullam amplius calamitatem se passu-
ros putant. Hæc quoque est mens ipsius ARISTOTELIS: (a)
*Quare, inquit, neque ii, qui funditus periisse se putant, miserean-
tur, nihil enim amplius sibi putant diri evenire posse, ut quibus
omnia iam evenerint, in quæ verba ERASMVVS DE ROMA
egregie est commentatus, inquiens (b) Ostendit hic Aristoteles, qui
non sunt miserativi, dicens, quod illi, qui ex toto perierunt, hoc
est, qui sunt passi omnia mala, non miserentur. Et est ratio, quia
non putant, se pati amplius, hoc est ampliora mala, cur ergo tales
obdurati ex passione multorum malorum non timeant aliquod malum,
non miserentur aliis. B. SCHRADERVS sempiternum huius
academiæ lumen, illos vocat desperatos. (c) Miseria porro non
moventur valde felices, qui se beatissimos ac fortunatissimos
putant, qui enim se ornatos munitosque omnibus bonis at-
que auxiliis vident, nullo se incommodo affici posse credunt,*

Tantum

(a) Loc. cit. §. IV. (b) Comment. in rhetor. Arist. edit. anno. 1515. p. 63.

(c) Comment. de rhetor. Arist. sententia & usu. p. m. 311.

Tantum enim abest, ut miserorum cura tangantur, ut potius eos ex innata quadam insolentia, quam difficulter exuunt, fastidiant. Id quod solertissimum Philosophi summi ingenium latere non poterat. *Non misereantur*, inquit ille, (a) *qui sibi supra modum beati videntur, imo vero contumeliosi sunt. Nam si bona omnia sibi adesse putant, illud quoque necesse est sibi adesse existiment, ut ne in ullum malum incidere possint*, quæ verba citatus ERASMVVS DE ROMA (b) ita explicuit: Non sunt miserativi, quia putant esse super felices, sed magis contumeliam faciunt. Et est ratio, quia qui putant eis adesse omnia bona palam, quod non putant, eos attingere ullum malum. Est enim hoc bonorum, hoc est, beatorum, ut sonat alia litera, quod eis non sit aliquod malum. Hinc patet, Aristotelicam definitionem hominibus, qui ærumnis obnoxii sunt, congruere, non Deo. Ille enim neque ex adversis ægritudine afficitur, neque calamitatem aliquam ne patitur, extimescit. Quod si autem Christum considerare velimus, illum misertum esse, & nobiscum communia habuisse mala, & bona, mortem & vitam, ignominiam & gloriam, & mala ita timuisse, dicere possumus.

§. V.

Ad misericordiam vero proclives sunt, ut Aristotelem sequamur, illi, qui iam antea mali aliquid experti sunt, & ex eo evaserunt. Quoniam enim communem mortalium sortem, multis incommodis obnoxiam, secum perpendunt, aliorum

(a) Loc. cit. §. V.

(b) Loc. cit.

rum miseria facile commoventur, qui prævidentes mala, secundas res suspectas habent. Porro senes, qui intelligunt, se malis expositos, & proinde clementes iudicantur. Accedunt imbecilles & debiles. Firmiores enim, qui putant, se periculum facile effugere posse, duriori animo præditi sunt. Hos excipiunt meticulosi, qui se quoque periculis obnoxios esse intelligunt; sequuntur docti, de quibus infra pluribus. At nec hi solum, verum qui habent parentes & liberos, & uxores, quos putant pati posse, sunt miserativi. Illos enim naturali attingunt coniunctione, & illos obnoxios esse periculis sciunt. Parentes ob ingravescentem ætatem, quia senectus multa secum incommoda affert. Liberi, quia sunt imperiti, & ad vitia proclives. Uxores ob naturalem sexus infirmitatem. Misericordia quoque moventur non irati, nec fidentes, quia cum se, tum alios periculis expositos esse sciunt. Oritur hoc ex duplici affectu, ex ira & audacia. Confidentia enim periculorum metu vacat. Ira autem, cum audacia coniuncta, solum in præsentem vindictam intenta est, futurorum periculorum cogitationem nullam gerens, quæ nimirum perturbat mentem, omnique consilio, ac rerum futurarum provisione caret. Misericordia locum habet in non contumeliosis. Contumeliosi enim neque aliorum res adversas curant, neque suas eo statu esse putant, ut adversi aliquid patiantur. Misericordia quoque afficiuntur non valde metuentes, qui in vehementi metu non sunt, quia tales suis malis occupati, malorum, quæ alii ferunt, obliviscuntur. Qui enim in extremo periculo versantur, verbi gratia, in incendiis, eluvionibus,

B

nibus,

29

28

24. 26

25

nibus, expugnatione urbium, fame &c. suæ, quando suorum simul non possunt, saluti consulunt. Denique miserentur, qui putant, aliquos esse æquos, & de humano genere bene sentiunt, æquosque homines, quorum adversas res deplorandas animadvertunt. Qui enim neminem virum bonum esse putat, is omnes pœna dignos arbitratur; quæ opinio nullum misericordiæ dare potest locum.

§. VI.

Circa personas misericordiæ obiectum nunc venit explicandum. Miseremur enim illorum, qui sunt indigni malo; horum novem dantur loci. Primo miseremur familiarium ac necessariorum, non omnium quidem, sed eorum, qui nobis multa consuetudine vel affinitate coniuncti non sunt. Illorum enim, qui nobis arctissime sunt devincti, nos non miseret, sed in eorum commodis affecti sumus, ut solemus in nostris. Qui enim arctiori nobis coniuncti sunt necessitudine, illorum calamitates potius lamentamur, quam miseremur. Dolor enim est vehemens affectus, qui misericordiam, lenem affectum, excludit. ARISTOTELES (a) hoc illustrat exemplo Amasis, qui in casu amici mendicantis lacrymas effudit, in casu filii, qui ad moriendum perducebatur, non effudit; illud miserabile erat, hoc atrox, habens vim pellendæ misericordiæ. Recenset hanc historiam clarius supra laudatus ERASMVS DE ROMA. (b) Secundo miseremur illorum, quibus atrocitas est propinqua, & quibus grave aliquod ac terribile imminet; verbi causa, si bellum, si lues, si fames,

(a) Loc. cit. §. XXII.

(b) Lib. cit.

si incendium & naufragium impendat, ut ita non praesentia solum, sed etiam vicina & imminencia mala excitent misericordiam. Tertio misericordiam exercemus erga illos, qui nobis vel aetate, vel moribus, vel habitibus, vel dignitatibus, vel generibus sunt similes vel aequales. Ut enim similitudine amor conciliatur, ita etiam misericordia, quae ex amore proficiscitur. Misereatur itaque nobis similibus aetate, ut senes senem, iuvenes iuvenum; vel moribus, ut probi proborum, improbi improborum; vel habitibus, ut philosophi philosophorum, medici medicorum, iurisconsulti iurisconsultorum, theologi theologorum; vel dignitatibus, ut doctores doctorum, magistri magistrorum; vel generibus, ut nobiles nobilium. Quarto miserabiles homines sunt, quibus illa eveniunt, quae sibi metuunt. Propinqua enim incommoda misericordiam movent, longinqua vero, & quae decies millesimo ab hinc anno aut retro fuerunt, aut etiamnum olim sunt futura, cum illa neque speret ullus, neque meminerit, aut procul a commiseratione omnino sunt posita, aut non similiter movent. Quinto misericordia afficimur erga illos, qui malum figuris, vocibus, vestitu vel simulatione ostendunt. Per talia enim signa homines ad misericordiam commoventur, talesque representationes exponunt oculis malum, quod nobis evenire posset. Sexto misericordes sumus erga illos, quibus mala nuper evenerunt, vel eventura sunt. Omnis enim iactura, quae aut nuperrime occurrit, aut brevi occurret, continet commiserationem. Septimo movent misericordiam illi, quo-

B 2

rum

2205

11/12/17

23.

28

24. 26

25.

rum conspiciuntur signa, ut vestes vel vulnera, vel cicatrices, livores, & si quæ sunt eius generis. Constat hoc ex exemplo Caii Cæsaris apud QUINTILIANVM: (a) Populum Romanum egit in furorem prætexta Caii Cæsaris, prolata in foro cruenta. Sciebatur, interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat, vestis tamen illa, sanguine madens, ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maxime occidi videretur. Octavo miseremur illorum, quorum audiuntur sermones, ut qui iam animam efflant, puta, cum sermones aliqui a morientibus habiti supremo spiritu referuntur, præsertim si egregia aliqua vox, si fortis ratio, si digna viro constanti, atque etiam in ipsa morte excelsa proferatur. Denique ad misericordiam nos movent illi, qui virtute præstant, cum in talibus temporibus existant, quando scilicet miserabiles sunt studiosi, vel boni, vel nobiles, vel virtuosus, ob quorum virtutes atque res gestas misericordia afficimur.

§. VII.

Explicitis personis miserativis & miserabilibus, res miserabiles sunt inspiciendæ. Harum duo ab ARISTÓTELE (b) recensentur membra: alterum, quod habet vim perdendi & interimendi, ut graves morbi, & magna pericula; Alterum magna mala, quæ existunt a fortuna. Manifestum est hoc ex definitione Aristotelica, res miserandas esse, quæ ad interitum ducunt ex genere illorum malorum, quæ ægritudinem animo, aut dolorem corpori afferunt, ut interitus, verbera, afflictio-

(a) Lib. VI. Instit. pag. 334.

(b) Loc. cit. §. XVI.

afflictiones, morbi, senectus & inopia. Mors quidem vel interitus Christianis gratus atque iucundus secundum illud PAULI (a) iudicatur: *Cupio corpus solutum, & esse cum Christo:* ita ut malum ex personis sit considerandum, non ex natura mortis, quæ in se bona est. Ratio autem, quare mortem rem miserabilem existimamus, oritur ex interitu corporis, quod tunc ab anima separatur. Quando enim arctissimi separantur amici, dolor adsit oportet. Sed accedunt verbera, afflictiones, morbi & senectus, quorum hæc per se est miserabilis, imprimis, si rebus ad cultum vitæ necessariis careat. Cum enim Diogenes quendam interrogaret, quid in vita esset miserrimum, & responsum, quod senex egenus sit miserrimum, acciperet, respondit: longe vero miserrima senectus censetur, si virtute & doctrina, si amicis, si autoritate destituta sit. Alterius membri rerum miserabilium, nempe illorum malorum, quæ existunt a fortuna, species sunt solitudo ab amicis, vel paucitas amicorum, deformitas, imbecillitas, debilitatio, si mala contingant, unde bona separavimus, ut quando malis afficimur ab illis, quos putamus, par esse, de nobis bene mereri. Enim vero quam iucunda sit amicitia, & contra, quam molesta sit paucitas amicorum, non solum indicat ARISTOTELES (b) *Videtur amicitia rempublicam continere, & maiore, quam iustitia in studio legumlatoribus;* sed etiam CICERO: (c) *Excepta sapientia nihil melius datum est homini a Diis immortalibus amicitia. Quid enim dulcius, quam habere, cum quo omnia audeas*

B 3

sic

(a) Philipp. I. 23.

(b) Lib. VIII. Ethicor. cap. VIII.

(c) de Amicitia.

29

28

24. 26

25

sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum, qui illis augeat, ac tu ipse, gauderet? Adversa etiam ferre, difficile esset, sine eo, qui illa gravius etiam, quam tu, ferret: quo referri possunt viduæ, quæ sunt privatæ maritis: liberi, orbatu parentibus: peregrini, absentes a cognatis. Ad mala, quæ existunt a fortuna, porro refertur deformitas. Quo iucundior enim est pulchritudo, eo molestior deformitas. De illa P. IOVIVS (a) dicit: Magnam vim habet ad conciliandam aspicientium benevolentiam forma venustas, & ARISTOTELES (b) cum forma, inquit, sit divinum quoddam, quod & bonum, & expectandum est: alterum ei contrarium esse dicimus; alterum, quod suapte natura eius cupiditate ducitur. Cum qua deformitate non solum connectenda est imbecillitas, quæ quoque est miserabilis res; imbecilles enim ope maxime indigent, sed etiam debilitatio, quia illud sibi ipsimet evenire existimant. Inter res miserabiles quoque illud numeramus, si mala contingant, unde bona sperabantur; exempli gratia, si regni hæres in captivitate incidat, qui iam hæreditatem aditurus erat. Ultimo loco miserabile est, quando illi malis te afficiant, quos putas, par esse, de te bene mereri. Ut si liberi parentibus, subditus magistratui, discipuli literarum magistris, amici sæpe sublevati malam pro bona gratiam amicis referunt.

§. VIII.

Verum accedamus ad subiectum, de quo prædicavimus misericordiam, quod eruditi, docti, & periti sunt. Vox autem eruditus originem habet a voce rudis, rem asperam & im-

(a) Histor. Lib. IV. (b) Lib. I. de Nat. cap. IX. Top. 81.

imperfectam designante. Ideo hominem imperitum nominamus rudem, quod CICERO ostendit (a) dicens: *Homines imperiti rerum omnium rudes.* Stoicis eruditus idem erat, qui philosophus, & studere erat philosophiæ operam dare, quique in ea occupati, studiosi dicebantur, & qui ad aliquam perfectionem adspirassent, eruditi. (b) Hinc etiam apud alios autores per studia inprimis philosophica intelligebantur, ut constat ex HORATIO: (c)

Et studiis annos septem dedit.

Vbi per studia nihil aliud, quam philosophica intelligit. Eruditio autem variis adhibetur modis. Sæpius enim designat ipsum actum erudiendi vel institutionem, *sed potior*, inquit QUINTILIANVS (d) *eruditio in scholis, quam domi*; sæpius cultum animi ex institutione comparatum, ut CICERO (e) doctum hominem appellat hominem præclara eruditione atque doctrina, nec non (f) hominem ingenio præstanti & eruditione perfecta. SVETONIVS (g) philologiam *κατ' ἐξοχὴν* eruditionem vocat. Cognominatur eruditus doctus, quæ duo vocabula differre, critici observarunt. Vt enim posterius ad disciplinas graviores, & solidam perfectamque, quanta in hominem cadit, doctrinam; sic prius ad humaniorem literaturam & elegantiam refertur, communi tamen usu unum idemque significant. Legimus enim apud quosdam

- autores,
- (a) pro Flacco cap. VIII. (b) vid. LIPSIVS Lib. II. manud. ad Stoic. philosoph. dissert. I. (c) Lib. II. Epist. II. v. 82. (d) Lib. II. cap. III. (e) Lib. I. de officiis. Cap. XXXIII. (f) 2. de Divin. cap. 63. (g) in Vita Caligulæ. cap. 53.

autores, virum absolute doctum (a) & mediocriter doctum (b) imo de opificibus prædicatum, ut CUPERVS observavit. (c) Porro doctus alias vocatur peritus, ex participio periri, verbi deponentis & obsoleti, quod sæpius a CICERONE adhibetur; (d) *Vir ad labores belli impiger, ad pericula fortis, ad usum ac disciplinam peritus, &* (e) *quis ingenio prudentior? iure peritior?*

§. IX.

Nos brevitatis gratia hoc loco non inquiremus, in quo vera atque solida eruditio consistat, quisque proprie atque recte eruditus appellari queat. Hodiernis enim temporibus vox eruditio tam abusive accipitur, ut illam potius imperitis & indoctis tribuamus, quam vere eruditis. Quidam illos eruditos æstumant, qui aliqualem sibi acquisiverunt scientiam unius alteriusve disciplinæ; Alii illos pro eruditis venditant, qui, ut commune sonat proverbium, de omnibus aliquid, at de toto sciunt nihil. Sed propius ad ignem accedamus, & quos Aristoteles per eruditos intelligat, videamus. B. CHRISTOPHORVS SCHRADERVS, cuius nomen apud nos sit immortale, per eruditos hic intelligit, qui iis liberalibus doctrinis sunt eruditi, quæ ad humanam vitam pertinent, ut sunt historia & philosophia practica (f), qui honestis artibus bene sunt instituti, notitiamque infirmitatis suæ tenent, qui nimirum sunt *εὐλογιστοί*, hoc est, apti ad humanæ vitæ casus ponde-

(a) SVETONIUS de Grammat. cap. IV. (b) ibidem. (c) de apotheot. Homeri. pag. 116. & 186. (d) pro Fonteio cap. XV. (e) pro Cluentio, cap. XXXVIII. (f) Comment. supra allegato p. 311.

ponderandos, & ad perpendendum illud: homo foenum est, item illud: pulvis & umbra sumas, ut MARTINVS BORRHAVS (a) illos describit. Requiritur itaque ad eruditionem illorum, quibus misericordiam tribuimus, primo ut notitiam habeant historiae vel sacrae, vel profanae. Ex sacra enim illis nota sunt exempla illorum, qui misericordiam erga proximum exercuerunt, quos illi imitentur, cum ad misericordiam Deus per prophetas & apostolos eos adhortetur. Constat illis, ipsum Deum misertum esse hominum, ut legunt ex pluribus locis Biblicis, (b) Christum, qui cum hominibus in terra versatur (c) aliosque a Spiritu Sancto designatos, nempe filiam Pharaonis Moysis, (d) Rahab exploratorum, (e) Gabonitas Saulis, (f) Davidem Mephibosethi, (g) Samaritanum faucis, (h) ex quibus argumentis eruditus concludit, talem misericordiam sibi quoque erga egenos esse exercendam. Talia exempla eruditus quoque ex historia profana, ne de ecclesiastica iam dicamus, sibi proponit, quae imitentur. Quando enim apud SABELLICVM (i) de Seleuco, Syriae rege legit, quod, cum ille Asiaticas civitates ingenti aggrediretur classe, ob auxilia Berenicae, novercae suae, & fratri ex ea nato exhibita, & subita tempestate naves omnes amiserit, haec res Seleu-

C

leu.

- (a) Comment. in tres Aristotelis de arte dicendi libros Basil. edit. Anno 1551. p. 223. (b) Exod. XX. 6. 2. Sam. VII. 15. 2. Paral. I. 8. Nehem. IX. 19. Ps. VI. 5. Es. LIV. 8. Jerem. XXXIII. 11. Hof. II. 19. Joel. II. 3. Rom. IX. 23. Gal. VI. 16. I. Petr. I. 3. (c) Matth. IX. 36. Luc. VII. 3. (d) Exod. II. 6. (e) Ios. II. 12. (f) 2. Sam. II. 5. (g) 2. Sam. IX. 7. (h) Luc. X. 33. (i) Lib. IX. Cap. IV.

leuco hoc boni peperisti, ut Asiatici omnes, ira in misericordiam versa, sponte sua in fidem infensissimi hostis redierint, non obiter id legit, sed etiam, ut hoc exemplum imitetur, operam adhibet maximam. Totum illi quoque est, quod COLLENUCIUS (a) de Gvilielmo Ili. Rege Siciliae & Neapolis recenset: Ille Panormi coniectus fuerat in vincula ob tyrannidem, substituto Rogerio F. quoniam, cum ad vindicandam patri factam iniuriam populus prope sum videret, in palatio obsidere coepit. Is dum per fenestram prospicit, in caput vulneratus, periit; populus misericordia infelicis patris, quem cum nuper regem creatum, nunc mortuum audiret, motus, eductum e carcere in integrum restituit. Secundo loco ad eruditionem illorum, quibus misericordiam tribuimus, requiritur cognitio philosophiae practicae. Huius autem duae dantur partes, ethica & politica. In illa enim non modo explicantur, definiuntur & describuntur virtutes, verum ut illis animum exornemus, motiva adhibentur. Datur autem ethicus duplicis generis, alter qui in nuda contemplatione versatur, alter, qui illud, quod docuit, ad praxin reducit. Nos non theoreticum, sed practicum ethicum intelligimus. Cum enim ethica sit scientia practica, non solum ethicus illum, quem informat & instruit, ad praxin, sed se ipsum perducatur, oportet. Quomodo enim discipulos suos ad virtutes hortari potest, si ipsemet illas negligit, & contemnit; quomodo a vitiis dehortari queat, si ipsemet illis sit obnoxius. Non itaque talem ethicum intelligimus, qui in nuda contemplatio-

(a) Lib. III. Histor. Neapol.

platione & explicatione virtutum atque vitiorum perseverat, sed qui illis virtutibus vitæ potest tenere modum. Quamvis autem, ut supra indicavimus, misericordia stricte ad virtutes referri non possit, sed inter affectus locum suum habeat, quia tamen ethicus non tantum de virtutibus, sed etiam de affectibus agit, misericordie, ut cæteris virtutibus, ethicus deditus sit. Quod vero ad alteram practicæ philosophiæ partem politicam attinet, illius cognitio merito ab erudito misericordie requiritur. In illa enim disciplina agitur de mediis, quomodo varæ societates in suo esse conservari possint, inter quæ mediæ non infimum obtinet locum misericordia. Si enim divites pauperum, superiores inferiorum non miserentur, quomodo possunt societates conservari? De illis igitur eruditis, qui notitiam habent historiæ, illaque exempla in ea conscripta sibi imitanda sumunt, nec non philosophiæ practicæ cognitionem sibi pararunt, quatenus non merè theoretici sed practici sunt, misericordiam vere prædicare possumus. Denique eruditi illi honestis artibus bene sint instituti, hoc est, habeant notitiam illarum virtutum, atque requisitorum, quæ in honesto homine considerantur. Habeant quoque notitiam infirmitatum, quibus obnoxii sunt. Qui enim superbi & atroces sunt, misericordiam atque humanitatem expellunt. Deinde sint *ευλογιστοι*, apti ad humanos casus considerandos, & ad perpendendum illud: pulvis & umbra sumus. Hoc enim in definitione misericordie, uti supra notavimus, præcipuum fuit misericordie motivum, ut id nobis quoque aut alicui nostrorum evenire potuerit. Vel ut

C 2

uno

M DCC XXVI.

MCS

MCS

23.

24

24. 26

25

uno verbo dicam, qui considerant tritam illam regulam:
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

§. X.

Ex his nostræ propositionis veritas manifesta atque perspicua apparebit. Ut autem istam eo reddamus planiorem, certa adducemus argumenta, quibus misericordiam eruditorum probare, atque demonstrare possimus. Primum argumentum, quo probatur, eruditos esse misericordes, est cognitio misericordiæ, quod melius sciant, & notam habent misericordiam, quam imperiti, nec non cognoscant, quid sit misericordiæ, & in quo consistat. Colligimus hoc ex contrario. Cui enim virtus vel affectus ignotus est, ille nullo modo neque hunc, neque illam ad praxin reducere potest. Qui enim nihil scit, nihil exercere potest. Quemadmodum gentilibus via ad salutem revelata non erat: ita eam ambulare non poterant. Enim vero quam multi præclare docti gentiles fuerunt, qui fere in omnibus disciplinis non exiguam sibi comparaverant eruditionem, nihil tamen de Christo, eiusque operibus atque redemptione novērunt. Socrates, Plato, Aristoteles philosophi omnibus fere disciplinis erant instructi, vera autem atque genuina eruditione, doctrinaque cœlesti privati, ad salutem æternam, cum eius obtinendæ medium ignorarent, non pervenerunt. Eruditi autem, qui accuratam atque solidam habent cognitionem misericordiæ, *scientes*, ut ERASMVS DE ROMA (a) dicit, *per experientiam, quid sit malum, tales sunt miserativi, quia sunt*

(a) Comment. in rhetor. Arist. p. 63.

sunt facile ratiocinativi, cogitantes enim per ratiocinationem, eis posse inesse talia mala, facilius misereantur patientibus. Notam igitur habent eruditi misericordiam, sciunt quid sit misericordia, quod scilicet ægritudo sit, quæ oritur ex malo eius, qui ini- que premitur, quod consistat in elemosynis largiendis, in malis tolerandis, in convitiis remittendis, & imperitis cor- rigendis; Cognoscunt, nullam de virtutibus omnibus nec ad- mirabiliorem, nec gratiorem esse misericordiam, tantamque eam virtutem esse, ut sine illa si sint ceteræ, prodesse non possint; Quod, quamvis aliquis sit fidelis, castus & sobrius, aliisque maioribus ornatus insignibus, si misericordia non tangatur, misericordiam non mereatur. Etenim mise- ricordia indignus, misereatur nullius; indignus venia, veniam concedit nemini. Nota sunt eruditis man- data Dei in Scriptura S. conscripta de exercenda miseri- cordia erga homines: quod unusquisque cum fratre suo misericordiam & miserationes facere debeat; (a) quod, quem- admodum pater coelestis misericors sit, homines quoque mi- sericordes esse oporteat; (b) quod, sicut Deus in Christo nobis condonavit, ita & nos invicem benigni, misericordes, condo- nantes invicem simus oporteat. (c) Norunt quoque docti gravissimas patrum adhortationes: AUGUSTINI, qui expres- sis dicit verbis: (d) Vide, quid tibi debeatur, & quid dederit, qui gratis dedit. Data est venia peccatori, datus est spiritus, & spes iustificacionis, data est charitas & dilectio, in qua omnia bona

C 3

faci-

(a) Zach. VII. 9.

(b) Luc. VI. 36.

(c) Epistol. IV. 32.

(d) in Psalmos.

facias : Super hec dabit, & vitam aeternam, & societatem angelorum.
Totum de misericordia. Et AMBROSII : (a) Vana vendere opus est,
in cuius fide sincera, & perspicaci prudentia misericordia munus imple-
at, san. si aliquis in sua declinat emolumenta, crimen est, si vero
pauperibus erogat, & captivum redimit, misericordia est. CASSIO-
DORI : (b) Egenibus iustum est, non divitibus subveniri, fundit
potius, qui mittit in plenum vas. nam illud potius reconditur, quasi
vasis vacuis congregatur, aliorumque. Nec profanorum, poe-
tarum, oratorum, philosophorum, historicorum, aliorum-
que ignorant acutissimas sententias. Ex quibus tantum, de
rem eandem toties, mutatis tantum verbis inculcemus, ali-
qua adducemus loca : SENECA inquit Tragœdus : (c)

Pedibus admoveo tuis,

Miserere marris, & preces placidus pias,

Patiensque recipe, quoque te celsum altius

Superi levarunt, mitius lapsos preme.

Oratorum latinorum primus CICERO : (d) Eorum misereri oportet,
eleganter dicit, qui propter fortunam, non propter crimen in-
miseriis sunt. Ethicus historicus VALERIUS MAXIMVS : (e) Et si
egregium est, commentatur prudenter, hostem abiicere, non minus
tamen laudabile, infelicis scire misereri. Præterea eruditi sensibus
reponunt imis egregia misericordiæ præmia, gravissimasque
immisericordiæ vel crudelitatis pœnas, quorum præmiorum
non pauca in scriptura leguntur sacra v. g. HOSEÆ, (f)
MICHÆ, (g) CHRISTI. (h) Quid, quod docti sciant optime mi-
seri-

(a) de Offic. (b) in Epist. (c) Troad. (d) Rhetor. Veter. Lib. II.
 (e) Lib. V. (f) Cap. VI, 6. (g) Cap. VI, 8. (h) Matth. IX. 13.

fericordiam? notum est illis ex præmiis, quæ patres ecclesie & quidam philosophi in imitationem hominum congnarunt: AVGVSTINVS (a) GREGORIUS (b) CICERO (c) APPIANVS (d) DIODORVS SICVLVS (e) aliique.

§. XI.

Dicis, accuratam misericordie notitiam non esse firmum atque solidum argumentum, quo misericordia eruditorum probetur. Etenim rudes & imperiti talem misericordiam quoque exercent, qualem eruditi & docti. Verum non negamus, rudes atque indoctos misericordes esse, siquidem experientia hoc satis superque testatur. At unde oritur illorum misericordia? plerumque ex inconsiderato animi impetu, non ex bene instructa ratione, qua vere docti ducuntur soli. Porro obiicis, multos tamen in mundo fuisse, & adhuc esse eruditos, quibus misericordia nota sit, & tamen illam non exercere. Sed respondemus, nudam misericordie contemplationem nos hoc loco non intelligere, sed de tali nos agere misericordie scientia, quæ ad praxin simul ducatur; scientie enim practicæ sine praxi sunt nullæ. Quare enim studiosus theologie dogmata fidei & morum discit? non tantum, ut sufficientem habeat cognitionem illorum dogmatum, & sciat hominem ad salutem æternam perducere, sed etiam, ut ipsemet cognoscat viam, quomodo aliquando ad salutem æternam pervenire possit. Quænam est

cau-

(a) de serm. Dei. (b) in moralibus. (c) in orat. p. Q. Ligario.
(d) Lib. de bello Punico, (e) Histor. lib. XIII.

causa, cur iurisconsultus leges sibi reddat familiares? non modo, ut illas alteri inculcet, sed ut ipse quoque illis commode utatur. Cur medicus artem medicam diligenter excolit, omniaque ad hoc studium salutis humanæ pertinentia memoriæ imprimat? non solum ut alios ægrotos, sed occasione data seipsum morbo laborantem reddere possit sanum. Quam ob rem ethicæ, ut alias disciplinas taceamus, operam damus? non modo, ut cognitionem habeamus virtutum, ut sciamus, singulas virtutes definire vel describere, sed quoque ut ipsimet illis studeamus; ita etiam eruditi non solum misericordiam sciunt, ut cognitionem habeant nudam, sed etiam, ut illam erga egenos & pauperes exercere possint. Denique illis, qui nobis opponere possent, multos eruditos misericordiam eiusque attributa nosse, & tamen propter paupertatem, bonæ & eruditæ mentis sororem, misericordiam vix ac ne vix posse exercere, respondemus illo vulgari proverbio: ultra posse nemo obligatur. Dein misericordia non tantum consistit in dandis elemosynis, sed etiam in ægritudine animi ob res adversas, nec non in bonis verbis & consolatione. Accedit doctum & eruditum, si non auxilium, saltem consilium, quod multæ præstat pecuniæ, quandoque indigentibus posse præ aliis suppeditare.

§. XII.

Alterum argumentum, quo misericordiam eruditorum demonstramus, est hoc, quod illi doceant misericordiam. Includamus illud hoc syllogismo: Quicumque docet misericordiam.

cordiam, ille quoque deditus est misericordiae. Atqui eruditi docent misericordiam. Ergo eruditi dediti sunt misericordiae. Probamus consequentiam maioris ex fine omnium docentium, qui est persuasio auditorum, qui nunquam discunt rectius, quam si docentes ipsi servant, quod proponunt. Quando itaque eruditus docet misericordiam, illamque explicat, in quo consistat, nec non quorum misereri debeamus, eam ob causam auditores suos instruit, ut eam non intelligant tantum, sed quoque vitae applicent. Nec attentum sibi promittit auditorium, qui misericordiam commendat, crudelis ipse cum sit. Verbi gratia, quando theologus auditoribus dogmata fidei explicare vellet, ipse autem non orthodoxus esset theologus, sed vel heterodoxus, vel schismaticus, vel haereticus, nemo illi aures, taceo assensum praerebet. Sic etiam quando ethicus liberalitatem explicare, nec non ad illam auditores incitare vellet, esset autem notoria & infamis eius avaritia, docendo finem non obtineret. Pari modo si quis misericordiam aliis exponeret, ipse autem immisericors esset, nec ullorum miseretur hominum, misericordiam docere, explicare, auditoresque ad illam hortari bono vix animo auderet. Docet vero eruditus, triplicem esse modum misericordiae: Alium ex vitio, alium ex natura, alium ex virtute. Misericordiam ex vitio esse, quando affectus reprehensibili tangitur dolore, posteaquam illicito prius amore tenebatur. Misericordiam ex natura esse, quando ex insito sibi pietatis affectu animus alienis condolet, quoties contra pietatis vel humanitatis mensuram naturam premi vel affligi videt. Misericordiam ex virtute esse, quando ho-

D

mo

M DCC XXVI.

MCS

MCS

mo propter Deum alienis doloribus compatitur, cum scilicet iustitiam premi, vel innocentiam affligi percipit; illam culpabilem, istam irreprehensibilem, hanc laudabilem esse, primam reprehendi, tertiam laudari, secundam nec culpam habere, quia ex natura sit, nec primum mereri, quia ex virtute non sit. Porro eruditi auditores ducunt ad circumstantias misericordiae, ad media, quibus illa sit comparanda, quomodo debeat esse comparata misericordia, quorum misereri debeamus, quamnam sint praemia misericordiae, quamnam poenae immisericordiae. Docent illos, quod Deus illorum, qui non misereantur, quoque non misereatur; quod illorum, qui obdurant aures suas ad clamorem pauperis, voces querulas non exauditurus sit. Discipulis suis Deum eiusque misericordiam velut exemplar proponunt, quod Deus generaliter omnium creaturarum misereatur, (a) specialiter piorum, eos consolando (b) alendo, conservando, defendendo & revertentes suscipiendo. (c) Imo, quod a docentibus non tantum nuda cognitio virtutum, sed etiam praxis requiratur, ipsi gentiles agnoverunt. Egregia hanc in rem nobis suppeditat verba ALDVS MANVTIVS: Primum meminertis, inquit ille, oportere vos eorum, quos accepistis instituentos, sic satagere, ut simul & docti fiant, & imbutantur moribus: quia

Quo semel est imbuta recens servabit odorem

Testa din.

„Atque adeo a teneris assuescere multum est, nec solum re-
„tores, magistrisque vivos esse adolescentum, sed & parentes

(a) Exod. XXXIV. 6. & 7. (b) Sap. V. 16. (c) 2. Paral. XXX. 9.

tes putetis; scitis enim illud, qui præceptorem sancti volu-
 ere parentis esse loco: equidem bonos malosve vos esse, tan-
 tum referre existimo, ut ausim dicere, bonorum malorum-
 que omnium, quæ ubique fiunt terrarum, vos esse potissi-
 mam causam: nam iurisconsulti, philosophi, rectores urbi-
 um, principes, ducesque ac reges, nec non monachi, sacer-
 dotes, episcopi, cardinales, ipsique summi pontifices, & de-
 nique quicumque vel solas literarum notas tenent, sub disci-
 plina olim vestra fuere parvuli, a vobis instituti sunt, vir-
 tus vestra vitiumve eorum profuit ac nocuit moribus. Tan-
 tum valet longa consuetudo, ut si cum sancto diu vixeris,
 sanctus futurus sis: si cum perverso, pervertaris. Siqui-
 dem, ut inquit Fabius, Leonides Alexandri pædagogus,
 quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robustum quoque ac
 maximum regem ab illa institutione puerili sunt profecuta.
 Quamobrem quantum boni & sancti præceptores civitati-
 bus profint, non facile dixerim: quantum obsint pravi, &
 vitiosi, non queo dicere. Quare non possum non multum
 mirari, nullam fere puerorum patribus, & rectoribus urbi-
 um in eligendis præceptorum moribus esse curam. Non
 animadvertunt, quantum inde boni malive infundatur in
 civitates: nam quales sunt, qui instituunt, tales & qui in-
 stituuntur, velint, nolint, evadent longa die:

Longa dies homini docuit parere leones:

Longa dies molli saxa peredit aqua.

Videte igitur vos, qui & longo tempore, & assidue tene-
 ros, & simplices adolescentulorum animos instituitis, quan-
 tum & prodesse potestis, & obesse hominibus. Quod si
 quis-

D 2

„ quisquam est sic oblitus sui ipsius, ut agnos suæ commissos
 „ fidei ceu lupus devoret: heu quanta illum pœna apud
 „ Manes vel brevi expectat! nam qui ita perniciosi sunt,
 „ ut non solum obsint, quod ipsi corrumpuntur, sed
 „ & quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato
 „ nocent: immatura morte, ne tantum obeffe queant, de-
 „ cedunt.

§. XIII.

Obiicis: iuriconsultus, medicus, physicus, mathe-
 maticus, metaphysicus non docent misericordiam. Ergo
 non sunt misericordes. Respondemus: licet hi omnes mi-
 sericordiam tali modo non doceant, quali ethici doctores, qui
 in lectionibus illam quoad circumstantias omnes prolixè de-
 scribunt, moribus tamen vel vita alios instruunt. Ethicus
 enim duplici modo auditores suos informare potest, vel verbis,
 quando explicat, describit, obiectiones auditorum resolvit;
 vel vita, quando virtutibus atque moribus illis præit. Si
 enim ethicus, vel theologus, vel pastor ecclesiæ omnes virtutes,
 atque universum decalogum sole clariorem redderet, donisque
 esset instructus, cum iucunditate, atque amenitate explicandi,
 moribus autem illud, quod doctrina ædificat, destrueret,
 doctrina atque eruditione parum proficeret. Dicis: multi
 tamen sunt, qui docent misericordiam, illam tamen non exer-
 cent. Sed hæc resolvenda erit obiectio, explicito tertio ar-
 gumento, de quo nunc erit dicendum, quod est exercitium
 misericordiæ. Qui enim exercet misericordiam, ille miseri-
 cors fit, oportet. Eruditi exercent misericordiam. Ergo
 sunt misericordes. Circa quam argumentationem minor expli-

explicanda atque probanda erit propositio. Exercetur autem ab eruditis misericordia erga homines respectu illorum animæ, atque corporis. Ex parte animæ subveniunt orando pro illorum doctrina, ignorantibus consilium dando, tristitia affictos consolando, peccatum per inordinatum voluntatis actum in Deum commissum, corrigendo & castigando, in nos vero, remittendo, iniuriam, vel quando cum illis sit conversandum, illorum infirmitatem tolerando. Ex parte autem corporis miserentur eruditi pauperum in vita, illos cibando, potando, vestiendo, hospitando, vel captivos visitando, aut e carcere liberando; post vitam, mortuos sepeliendo. Tales eruditos multos atque innumerabiles adducere possemus, sed brevibus nos expediemus, paucos tantum adducturi. De Basilio M. episcopo Cæsariensi narrat SOZOMENVS (a) quod in fame gravissima facultates suas vendiderit, & frumentum comparaverit, ex quo pauperes etiam Iudæorum aluit. RAVISIUS de Anastasio IV. pontifice maximo recenset, illum pecunia sua pauperes pavisse, cum universam prope Europam torqueret fames. Notum est de Heraclito Ephesino philosopho, quod ille ad omnem hominum occursum fleverit. Dolebat enim, quod nihil sani esset in vita, nihil in homine non caducum, fluxum & deceptile. Flevit ille itaque hominum mala, meliore haud dubie affectu, quam Democritus, qui hæc eadem ridebat. Nam hic contentum arguit, & stultitiam, ille iustitiam & charitatem. (b) Cum Amadeus anno 1430. in concilio Basiliensi papa Romanus crearetur, a quibus-

D 3

dam

(a) Lib. VI. Cap. XXXIV.

(b) vid. SABELLICVS Lib. V. Cap. II.

dam ducum legatis interrogabatur, an etiam canes possideret? crastina luce, respondebat, venite, & vobis omnes monstrabo canes meos. Papa autem convocabat illo die omnes pauperes, quos singulis diebus cibare, atque potare solebat. Legatis pauperes ostendens ait: Hi sunt canes mei, quos singulis diebus poto, atque cibo, ut narrat DRESSERVS. (a) D. Gregorius pontifex, non contentus vulgi tantum subvenire inopiæ, omnibus ubique Christi servis, quantum Romanæ ecclesiæ census suppeditare potuit, necessaria ministravit, & ministrando effecit, ut in monasteriis monachorum cresceret numerus, in solitudine degentibus incommoda solitudinis minus gravia forent, per Syriam dispersis & in Sina usque habitantibus, Roma non ita abesse, ut abest, videretur, sicut legimus apud SIGEBERTVM. (b) De Epiphanio Cypriorum Metropolis Salaminæ episcopo recenset SOZOMENVS, (c) quod ille facultates suas pauperibus distribuere. Ad eum enim, tanquam ad communem oeconomum, pecuniæ, quæ pauperibus darentur, undique mittebantur. Quodam tempore cum totum exhausisset ærarium, ecclesiæ oconomus ægre id ferebat, & prodigum appellabat. At non multo post incerto autore loculi auro referti in ædes oeconomi illati, divino testimonio Epiphaniî pietatem confirmarunt. M. Marcellus consul, uti SABELLICVS (d) narrat, Syracusas ingressus, illacrymasse dicitur, partim tantæ rei perpetratæ gaudio, partim veteri

(a) 6. millen. Isagog. (b) in Chronic. (c) Lib. VIII. Cap. XIV.

(d) Lib. IV. En. V.

23.

teri fama, & splendore urbis. Occurrebant animæ inclytæ victoriæ, quod Atheniensibus terra marique victis Atticas classes, duosque clarissimos duces cum numeroſo exercitu Syracuſas deleviſſent. Bella cum Carthaginensibus geſta, duo Dionyſii eorumque potentia. Recentiſſima Hieronis memoria, qui præ omnibus Romanum populum præcipua fide coluit. Ornatiſſimus urbis apparatus in cinerem momento temporis abiturus. CAMERARIUS de Philippo refert Melanchtone in erudiſſima pariter & elegantiſſima huius theologi polyhiſtoris vita; cum adeo fuiſſe miſericordem, ut honeſtis quorumlibet precibus deeſſe potuerit nunquam, ac labores pro aliis, ſuæ etiam vitæ diſpendio ſuſceperit; ſic ut non tam præceptor eruditionis, quam miſericordiæ iure poſſit merito nominari. Aiunt quoque, Eraſmum Roterodamum tantæ fuiſſe facilitatis, ut amicis non tantum, ſed inimicis quoque petentibus vel auxilium tulerit vel certe conſilium. Cardinalem eminentiſſimum de Bona, cuius ſcripta eximiam ſpirant pietatem, non ſine ſumma animi iucunditate ſui nominis menſuram impleviſſe legimus, quando indigentibus bona prompte dare fuit ſolitus. Silentio præterimus eruditos a Spiritu S. in Scriptura Sacra deſignatos, qui miſericordiam fecerunt, verbi cauſa, Samuelem miſertum Sauli, cui Deus propter inobedientiam regnum ſubtrahere volebat; (a) Eliam, cum triennio non pluviſſet, & ne homines fame & ſiti perirent, Deum oraſ-

(a) 1. Sam. XV. 12.

29
28
24. 26.
25.

orasse; (a) Christum misertum urbis Hierosolymitanæ; (b) Petrum viduæ lacrymantis; (c) pluresque alios.

§. XIV.

Sed nunc redimus ad obiectionem, multos tamen dari eruditos, qui misericordiam non exercent, qui potius im-misericordes atque avari sunt. Ita ecclesiæ ministris plerum-que avaritiam tanquam ipsis propriam imputant, æque atque eruditis. Ita sacerdotes Iudæorum volentes, quod populus frequenter offerret, permittebant, ut ea, quæ offerri poterant, venderentur in templo. Hac etiam de causâ dicebatur aurum templi sanctius esse templo, & donum, quod erat super altare, maioris esse reverentiæ, quam ipsum altare. (d) Nec de his tantum, sed de aliis eruditis quoque non pauca existant exempla immisericordiæ in historiis. Simonides poëta rogatus a quodam, ut encomium ei scriberet, gratiamque se loco mun-eris habiturum; respondit: duas se habere arcas, unam gratia-rum, alteram argenti; illam cum aperiret, communem ple-namque; hanc vero vacuum solamque reperire. Idem in ultima senectute, cur avarus esset, interrogatus: quoniam, inquit, malo divitias inimicis relinqueremoriens, quam amicos vivens frustra rogare. Ita P. Mutius tribunus plebis omnes suos collegas, qui duce Spurio Cassio id gesserant, ut magistrati-bus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit, unus tribunus eam pœnam novem collegis inferre ausus est, quam novem tribuni ab uno collega exigere

exhor-

(a) 2. Reg. XVIII. 42. seq.

(b) Luc. XIX. 41.

(c) Act. IX. 39.

(d) Matth. XXIII. 16.

exhorruissent, uti ZWINGERVS (a) notavit. Albericus Bohemus, ut narrat BONFINIVS (b) Pragensis Episcopus inauditæ avaritiæ homo, rogatus, quem sonum molestius audiret? Maxillarum, inquit, ossa frangentium. Sic quoque de Martino Pontifice legimus, quod ille instituerit, ut crudi familiaribus pisces a dispensatore in sportula traderentur, quos antea coctos præberi mos esset. Vnde hodie quoque decantatur familiaris cuiusdam versiculus:

Vnusquisque suam digitis contrectat arengam.

Verum enim vero eo ipso, quo immisericordes sunt, & potius atrocitatem, & inhumanitatem, quam misericordiam erga proximum exercent, eruditi non sunt. Consideramus enim illos, ut supra ostendimus duplici ratione, vel theoretice, vel practice. Qui eruditi sunt, & immisericordes, theoretici tantum sunt, & nudam tantum eruditionis scientiam habent; qui vero misericordiam cæterasque virtutes exercent, non nudam possident, sed genuinam atque veram eruditionem. Argumentaris: Quicumque exercent iustitiam, illi non sunt misericordes. Atqui iudices exercent iustitiam. Ergo non sunt misericordes. Maior per se est manifesta, quia iustitia & misericordia sunt contraria, sublato autem uno ponitur alterum. Dum enim iustitiam exercent, expellunt misericordiam; verbi gratia, non misereantur maleficantium, qui ad mortem ducuntur, sed secundum regulas iuris illos damnant. Sed respondemus: bene sunt distinguenda obiecta, quorum miseremur, quod ex

E

Ari-

(a) Theatr. vit. human. pag. 1413.

(b) Lib. II, dec. 3.

Aristotele & ex §. VI. dissertationis nostræ manifestum est. Obiectum enim misericordiæ sunt indigni malo, quod autem de illis non potest dici, qui propter peccata, & ob iustitiam erga illos a magistratu exercendam, & in exemplum aliorum puniuntur.

§. XV.

Quarto loco misericordiam eruditorum probare possumus, quia eruditi melius cognoscunt miseriam hominum, quam rudes & imperiti: Hanc rationem ARISTOTELES ipse (a) subiungit, quando misericordiam eruditis tribuit: *Eruditi sunt misericordes, bene enim secum rationem reputant, quam non solum indicat ERASMVVS DE ROMA (b) inquires: Qui facile sunt rationativi, sed etiam MARTINVS BORRHAVS: (c) Qui honestis artibus bene sunt instituti, notitiamque infirmitatis sua tenent, qui nimirum sunt ευλογοι, hoc est, apti ad humana vita casus ponderandos, & ad perpendendum illud, homo sænum est, item illud, pulvis & umbra sumus. Contrario modo comparati sunt homines doctrina vacui, & facultate vere de rebus indicandi carentes, qui, ut sæpe non animadvertunt, quam lubrico statu sint res humana, ita a clementia alieniores. Philosophia enim, quam περὶ ἀδελφείας profitentur, cum mortis, ut Ciceronis verbis utar, commentatio habeatur, qui hanc callent & se malis expositos agnoscent, & clementia rationes notas probe tenebunt. Quare veteres philosophos mundi, hoc est re-*
rum

(a) Lib. II. rhetor. cap. VIII. §. VII.

(b) Comment. in rhetor. Aristotelis pag. 63.

(c) Comment. in III. Aristot. de arte dicendi libros pag. 223.

rum vanarum in mundo spectatores & eorum vitam omnium appella-
runt. Cum quo concordat M. ANTONIVS MAIORAGIVS: (a)
Eruditi viri fortuna inconstantiam & mutabilitatem considerantes &
humanarum rerum varietatem intelligunt, omnibus fortuna telis
hominum vitam expositam esse, variasque nobis semper miseras im-
minere, quare afflicto sublevare contendunt, quamvis de viro bono
Virgilius ita dicat:

Miseratus egentem,

Cur aliquem fracta persensi mente dolorem,
quasi vir bonus misericordia moveri non debeat, sed vel ex Stoico-
rum sententia locutus est, vel docet, non ita misereri oportere, ut
fractamente esse videamur. Nam quicquid nimium est, improbat. Cognoscunt itaque eruditi, & bene perpendunt miseriam hominum; quod in sordibus generemur, in tenebris confo-
veamur, in doloribus parturiamur, primamque vocem ploratus edamus. Norunt, ex triplici causa humanum genus miseria dignum, quia illud est facile ad seducendum, debile ad operan-
dum, & fragile ad resistendum. Quod si discernere velit inter bonum & malum, decipiatur; si tentet facere bonum, deficiat; si conetur resistere malo, deiiciatur & superetur. Imo quando eruditus seipsum considerat, videt hominem nudum, pauperem, miserum & miserabilem; hominem, qui dolet, quod homo sit, erubescit, quod nudus sit, plorat, quod natus sit, murmurat, quod sit homo natus ad laborem. Non ignota illis sunt verba BOETHII, (b) de miseria hominum egregie

E 2

dicen-


(a) in explanationibus in III. Aristot. libros de arte rhetorica.

(b) Lib. II. de consol. prof. IV.

„dicentis: Quis est tam compositæ felicitatis, ut non aliqua
 „ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est
 „humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota
 „proveniat, vel nunquam perpetua subsistat. Huic census
 „exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas
 „notam facit, sed angustia rei familiaris inclusus, mallet esse
 „ignotus. Ille vero utraque circumfluus, cœlibem deslet: ille
 „nuptiis felix, orbis liberis, alieno censum nutrit hæredi.
 „Alius prole lætatus filii filiæve delictis mœstus illacrymat.
 „Idcirco nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat.
 „Est enim singulis, quod inexpertus ignoret, expertus ex-
 „horreat. Quo notior itaque eruditus est miseria atque cala-
 „mitas hominum, eo magis eorum animus afficitur.

§. XVI.


Plura adhuc superessent argumenta, non apodictica,
 sed probabilia, his enim, non illis in morali utimur doctrina,
 cuius indoles demonstrationes non admittit mathematicas,
 exceptione maiores omni; quibus adstruere possemus, eru-
 ditus potius, quam imperitis misericordiam esse familiarem:
 at iustos dissertationis academicæ limites nolumus transi-
 sire. Concludimus voto, Deumque Patrem misericordia-
 rum obsecramus, ut hanc Christianis maxime propriam vir-
 tutem in pectoribus omnium, qui Christi profitentur nomen,
 accendat, ne in extremo illo iudicio immisericordes,
 sive illi fuerint indocti, sive eruditi, flammis
 æternis consumantur.



invenietur scientia in mulieribus, sive de intellectum id velint, sive quod verisimilius est, nisi acumine, qua tamen nulla audacior esset hyperbole, convincere erroris ac temerarii a-

XVI.

Illud interim, dum ad ipsum, quanquam admodum exemplorum recensum altera Dissertabit, monendum superest, cum nequidem adque sua arcana mulieres admittere velint suas res, vix esse, cur magnum aut qualemcunque eruditionis apparatus ab iisdem nobis promittat postquam, quam alieno sit animo tota gens Romana externa & literatura Graeca Latinaque non verum etiam Philosophia addiscenda, satis super si a Lusitanis, hodie certe, discedas, uti vix inter eruditissimos caetera Judaeos vel primae scientiae externae rudimenta teneat, neminiversato ignotum esse potest; magno quidem versionis ac salutis impedimento & singulari, vino justoque judicio, quo fieri solet, ut quae ipsos latine plerunque scribuntur, (non satis hac ratione instar clausorum Librorum, ut praeter XXIX. ii. 12. illis sint, quos nec evolvunt ac legunt, multominus intelligunt aut in animis longo majori suae nationis dedecore, quippe quae olim toti terrarum orbi ad inveniendam disciplinam creta & excolenda eadem praeluxisse non postquam Doctorum est sententia scriptis haud proleto quinimo ab ipsismet Judaeis, quorum aliquis o & disciplinam Paganorum יניחו להם חכמי העברים



...a it-
nge-
uam
vide-

rum
lice-
egis-
octo-
fanæ
tim,
Ctri-
niori
t, &
sque
t sa-
con-
con-
di-
ersus
filio)
b Es.
gere
; At
tiam
n fe-
Viro-
bata;
tiam
לקק